



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

25. Quomodo Bernardus Episcopus Halberstadiensis Othoni Magno Imper. volenti Episcopatu transferre, resistit, coniectus ab Imperatore in vincula, magna animi constantia Imperatorem excommunicat, qui ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

Ioannes Zonaras Annalium tom. 3. Theophilus Imper. veniam & salutem piorum sacerdotum precibus à Deo impetrat.

C A P. X X I V.

Theodora Imperatrix instantissimè oravit Patriarcham, aliosque Pontifices & monachos, vt communibus precibus Imperatoris & coniugis sui salutem à Deo exorarent. Quod quum illi feruentibus animis fecissent, aiunt Deum preces seruorum suorum non esse aspernatum, sed ignouisse Imperatori Theophilo. Celebrantur hæc, & ab eis qui Dei humanitatem intuentur, & recipiuntur & creduntur. Neque verò quisquam eisdem abrogarit, nisi qui parum posse intercessionem sanctorum apud Deum senserit, & Dei bonitatem cum humanis erratis componere ignorarit.

Albertus Crantzius libr. 4. Saxonia cap. 7. Bernardus Episcopus Halberstadenfis: Orbani Magno Imperat. volenti Episcopatum transferre, resistit, coniectus ab Imperat. in vincula, magna animi constantia Imperatorè excōmunicat, qui pastoris sententiã reuerentiã eum carceribus laxat.

C A P. X X V.

Otto Imperator, Henrici Aucupis filius, cum pontificatū de Vallerfleue in Magdeburgum illustriorem locum transferre moliretur, non putauit in sua prouincia superesse quenquam super consensu interpel-

landum, paulisper in ea re vir militaris, alio-
qui circumspicissimus, lapsus, quod secula-
ris potestas, quæ secularia sunt, administrat: &
de prophanis, quæ Deo iubet consecrari, sacra
facit: Iam autem diuinis vsibus permiffa, extra
illius sunt ordinationem. Bernardus Halber-
stadensis Episcopus ordinationi regis se op-
ponit, quod in illius parochia esset locus, quæ
nouæ voluit rex dicecesi applicare. Faciebat,
augebatque regi animos, quod paterna ditio-
ne locus ad se pertineret: Erat enim Burgrauis
de Magdeburgo, qui regi permisit, vt eam
arcem primæ coniugi donaret titulo propter
nuptias. Rex non æquè tulit, quod auderet E-
piscopus suæ voluntati contraire: Captum er-
go perduci iussit in Quedelburg, & reclu-
sit in carcerem. Sedit aliquandiu bonus ponti-
fex in patientia: si forte rex ad cor reuersus,
illum iuberet relaxari. Venerat sacra dies do-
minicæ cœnæ: recolit Episcopus diuinorum,
que in Ecclesia tum erant peragenda, ministe-
riorum: Iubet sacras sibi vestes afferri: pare-
tur. Indutus, orat aduocari regem: Erat enim
tunc eo loci. Venit, arbitratus Episcopum mu-
tasse sententiam, consensumque præbiturum
ad rem quam instituerat. Vbi rex aderat, Epi-
scopus eleuata manu, execrationem protulit,
& excommunicationem in regem, qui manus
intulisset Christo Domini: interdixitque sa-
cris per omnem diœcesim. Rex amentiam in-
terpretatus, quod tale aliquid captus molire-
tur,

tur, primùm videbatur rem excepisse cachinno: vbi profundius cogitabat, sententiam pastoris putabat non esse contemnendam. Itaq; iussit mox laxatum remitti ad Ecclesiam suam, & permansit res infecta per omnes dies, quibus supererat Episcopus memoratus.

Nicephor. Callistus libr. 14. Ecclesiast histor. ca. 43. De translatione corporis D. Ioannis Chrysoptomi, & quibusdam admirandis operibus, que in ea translatione conigerunt, & quomodo Imper Theodosius se gesserit erga defunctum Chrysoptomum.

C A P. X X V I.

PAtriarcha Prochus, cum sciret Ecclesiam dudum scissam esse propter abrogatam Chrysoptomo dignitatem, cõsilium quaesivit, quod Ecclesiam à dissidio & seditione conseruaret, & hominum moerorem consoletur. Rem eam Dei ductu mirabiliter est aggressus. Quinto patriarchatus eius anno plebs, qua piè propter Ioannem tumultuata fuerat, congregata, Proclo persuasit, vt legatione apud Imperatorem fungeretur, vt sanctus ille vir ab iniusto exilio reuocaretur, populusq; & Ecclesia orbitate liberaretur, petiturus. Tumulus autem immobilis prorsus fuit. Et quum multæ multorum manus ad eum mouendum adhibita essent, nihilo magis loco moueri potuit. Quod vbi Imperator cognouit, statim causam eius rei intellexit. Itaque literis rubrica scriptis, virum sanctum, vt

Tumulus Chrysoptomi immobilis.

addu
supra
prece
abdu
poni
simul
scripi
docto
aurei
Corp
se put
addu
res, de
sus ho
coem
rimus
bus, q
multos
co no
ruer
alloq
quam
pomi
quisq
tu: io
grati
co qu
trecta
sam n
a & c
que cc